

MONITUM AD SERMONEM

QUOMODO OPORTEAT FRATRUM PECCATA
ARGUERE, ETC.

Qui est nonus in Genesim

Hic sermo, longo post octo alios temporis intervallo habitus, in hac serie positus fuit, non modo quia in illo de Abraham et de Noe pluribus agitur, sed etiam quia non pauca hic habentur similia, imo eadem pene quae in Homiliis in Genesim. Hunc porro Sermonem eodem habuit anno quo Homilias triginta duas priores in Genesim, et quo Homilias in principium Actorum, et de mutatione nominum. Cujus chronologiae rationem explicatam habes in Monito ad Homilias in principium Actorum Tomo 3 (col. 63), itemque in Monito ad Homilias de mutatione nominum eodem Tomo (col. 111). Quo autem anno haec tanta homiliarum sermonumque series pronuntiata fuerit, nondum potuimus deprehendere. Illud solum pro certo exploratoque habemus, omnes post annum 387 habitas fuisse. Ea de re vide quae diximus in Monito ad Homilias in principium Actorum, atque in Praefatione ad hunc quartum Tomum.

Secutus est hic Sermo Homiliam secundam de mutatione nominum; nam duae priores de mutatione nominum homiliae hic commemorantur, nempe num. 1 et num. 5. In hoc sermone perinde atque in praecedentibus de mutatione nominum homiliis longo prooemio usus est Chrysostomus: hinc querelae populi Antiocheni, hinc reprehensiones ob nimiam prooemiorum longitudinem. Cujus querimoniae occasione paucis elapsis diebus illam de ferendis reprehensionibus homiliam habuit, quam nos in serie Homiliarum de mutatione nominum posuimus T. 3 (col. 131).

Interpretatio Latina est Frontonis Ducaei.

ADVERTENCIA AL SERMÓN

DE QUÉ MODO ES NECESARIO REPRENDER
LOS PECADOS DE LOS HERMANOS, ETC.

Que es el noveno al Génesis

Este sermón, pronunciado tras un largo intervalo después de los otros ocho, fue colocado en esta serie no sólo porque en él se trata abundantemente sobre Abrahán y Noé, sino también porque aquí se contienen no pocas cosas semejantes, incluso prácticamente las mismas que en las Homilías sobre el Génesis. Además pronunció este sermón el mismo año en que pronunció las treinta y dos homilías anteriores sobre el Génesis, y en el que pronunció las Homilías sobre el comienzo de los Hechos y el cambio de los nombres. La razón de su cronología la tienes explicada en la Advertencia a las Homilías sobre el principio de los Hechos, tomo 5 (col. 63) y también en la Advertencia a las Homilías sobre el cambio de nombres en el mismo Tomo (col. 111). Todavía no hemos podido determinar el año en el que fue pronunciada esta serie tan grande de sermones y homilías. Sólo tenemos como cierto y comprobado que todas fueron pronunciadas el mismo año. Sobre este tema, ve lo que dijimos en la Advertencia a las Homilías sobre el principio de los Hechos, y en el Prefacio a este cuarto tomo.

Este sermón sigue a la segunda Homilía sobre el cambio de los nombres; en efecto aquí se recuerdan dos homilías anteriores sobre el cambio de nombres, es decir la número 1 y 5. Por tanto en este sermón y en las precedentes homilías sobre el cambio de los nombres Crisóstomo utiliza un largo proemio: de ahí las quejas del pueblo de Antioquía, de ahí las reprehensiones por la excesiva longitud de los proemios. Con ocasión de esta queja pasados pocos días pronunció aquella homilía sobre la tolerancia de las reprehensiones, que nosotros hemos colocado en la serie de Homilías sobre el cambio de los nombres T. 3 (col. 131).

La traducción latina es de Fronton du Duc.